Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2261
Quelle:
Copyright:

Qui me ſcribebat. dremel cognomen habebat.

III. *fol.* 214. *Hyſtoria edificatoria de Tangdalo de hybernia qui mortuus ad quartam diem reuixit. multas penas et gaudia celeſtia. quas uidit et expertus eſt. narrauit.* Adi Exemplum uberius *Cod.* CCCXXVI. Hic enim *Marci* interpretis deeſt Praefatio.

IV. *fol.* 228. p. 2. Opuſculum rurſus aſceticum, cujus ingreſſus: *Hic continentur duodecim capitula de quarundam virtutum.* Et iis enumeratis: *Quoniam de virtutibus ſcribere proponimus. Congruum eſt. vt ab illa virtute incipiamus. vnde incepit ipſe dominus virtutum chriſtus ihesus ſaluator mundi eamque pro fundamento collocemus.* Haec porro eſt *Humilitas*, quam ſequitur *Obedientia*, *proprie voluntatis dimiſſio*, *paciencia*, *Vita abſtracta* &c. Autorem *Belgam* fuiſſe ſuadent, quae narrat contigiſſe *Bruxellae* in Hoſpitali S. *Johannis* Sorori cuidam infirmis miniſtranti.

V. *fol.* 254. *Omelia beati gregorij pape de negligentia prelatorum et ſacerdotum circa ſubditos ſuos valde dura.* Dura haec, ut Noſtro viſum, *Homilia* eſt T. I. *Opp. Gregorii* edit. *Maur.* 1705. *col.* 1496. ordine XVII. in Evang. *Lucae* C. 10. *Deſignavit.*

VI. *fol.* 258. *Incipit Speculum peccatoris beati auguſtini epiſcopi. Quoniam kariſſimi in via ſumus ſeculi* &c. Spurium et a *Maurianis* in *Append.* T. VI. *col.* 155. rejectum.

VII. *fol.* 262. absque inſcriptione Commentarius in Cap. *Firmiter de Sum. Trinit. et fide cathol. Decretal. Greg.* IX. L. I. *Tit.* 1. qui incipit: *Hec ſancta trinitas ſecundum indiuidua et ſecundum perſonales proprietates diſcreta primo per moyſen* &c. Et finit: *Adimplebis me leticia ad quam leticiam nos perducat trinitas individua in ſecula ſeculorum benedicta. Amen.* Adjungitur Index omnium *Quaeſtionum*, quae in hoc tractatu enucleantur, ad cujus calcem: *Explicit regiſtrum Anno domini* 1481. Nec in magna *Repetitionum Jur. Can.* Collectione, nec in *Tract. Tractatuum* Commentarius hic obvius.

DXCIII.

Codex chartaceus germ. Sec. 81*
XV. Folior. 239. 8. charactere luculento rudique exaratus primo continet Inſtitutionem Magiſtri cujusdam de ſacra Corporis dominici Communione Documentis XIV. comprehenſam, cujus initium: *Alſo ſpricht der edel king dauid in dem pſalter, her, tochter vnd ſiech vnd naig din or bie zu wan der king haut dine ſchiene begeret. Ach ewige wishait wie ſint din zůg ſo minrich wie iſt din inſprechen ſo ſieſs vnd ſo haimlich* &c. Fol. 166. eadem lingua *Symbolum* Fidei *CPolitanum*, et deinceps XIV. *Mortes* a Chriſto in cruce toleratae, Oratio ad B. V. Commentatio *de Anima*, in